

Sermo

intuco: Nec mirum. Precedētis noctis vigilie (longissime quippe fuerunt) excusant eos. **T**erū illis quid dicā: qui et tūc dormierunt. et modo nihilomin⁹ dormiunt. Sed nō pergo nūc ulterius exagitate: verecundiā eorū sufficit tetigisse. Puto q̄ melius deinceps vigilabūt: nostre observationis cauteriū verituri. In hac spe gerimus eis hac vice morē. et quod contrinandum ratio exigebat: eorū charitate. p̄dente licet disputatione partimur: facientes finē ubi nō erat finis. Ipsi vero super sibi facta indulgentia nobiscuz glorificēt sponsum ecclē Iesum christū dominuz nostrū. qui est sup̄ omnia deus benedic⁹ i secula Amen.

Sermo. xxxvij

Quō nō habe

Quō nō habemus nūc opus hortari ad vigilandū: cū absq̄ dubio sermo ille suggillator⁹ vigilet. vtpote adhuc recens q̄ heri a nobis charitative plac⁹ bene aliquos erpgefecit. Ergo teneas memoria. q̄ teneas assensum. vestrū neminē absq̄ sui cognitione saluari. de qua nimiruz mater salutis humilitas oritur: et timor dñi. qui et ipse sicut inītiū sapiētie. ita ē salutis. Nemo dico absq̄ illa cognitione saluatur. qui tamē etate habeat ac facultatez cognoscēdi. Quod p̄pter paruulos loq̄r: et p̄pter famos quoz alia ratio est. Quid si ignoras deū? poterit ne spes esse salutis cum dei ignorātia? Ne hoc quides. Nec enī potes aut amare quē nescias. aut habere quē nō amaveris. Noueris p̄inde te vt deū timeas. noueris ipm. vt eque ipm diligas. In altero inītiaris ad sapiētiā in altero et summaris. quia inītiū sapiētie timor dñi est. et plenitudo legis est charitas. Tam q̄ vtraq̄ ignorantia cauenda est tibi q̄ sine timore et amore dei sal⁹ esse nō potest. Cetera indifferentia sunt. nec salutem si sciant. nec damnationem si nesciant habētia. Nō tamen dico cōtemnēdas aut negligēdas scientiā litterarū. q̄ ornat animā et erudit eā. et facit vt possit etiā alios erudire. Sed duo illa oportet et expectat vt p̄cedant in q̄b̄ summā salutis constitui supior ratio declarauit. Et vide si n̄ intuebat et si nō docebat hūc ordinez q̄ dicebat. **S**eminate vobis ad iusticiā. me-

rite spem vite. et tūc demū illuminare vobis (ait) lumen scientie. **U**ltimā posuit scientiaz tanq̄ picturā: que statū habere nequeat super inane. et ideo illa duo premisse et subiecit illi tanq̄ si solidū aliquid picturae substerneret. **S**ecur⁹ iam intendā scientie. si vite prius p̄ beneficium: spei securitatez accepero. Tu ergo seminasti tibi ad iusticiā. si ex vera noticia tui euigilasti timere deū: temetipm humiliasti. sudisti lacrymas. elemosynas pfudisti. ceter⁹ q̄ te pietatis actionibz mancipasti. ieiunijs et vigilijs afflicisti corpus: si pectus tunsionibus. celos clamoribz fatigasti. hoc siq̄ dem seminare est ad iusticiā. **S**emina sūt bona opera. bona studia. semina lacrimae sunt. **I**bant (inquit) et flebant mittentes semina sua. Sed quid? **S**emp flebūt. **A**bsit. Sed veniēt cum exultatione portantes manipulos suos. **D**ixit cū exultatione cū reportant manipulos glorie. **A**t istud (inquis) in resurrectione. i nouissimo die et est nimis longa expectatio. **N**oli aimo frangi. noli deficere a pusillanimitate spiritus. habes interim de primicijs spiritus. quod ad p̄sens in exultatione metas. **S**eminate (ait) vobis iusticiā. metite spem vite. **N**on te modo mūt ad diē nouissimū quando res iā erit in re. et non in spe. s̄ de p̄senti loquitur. **P**rosus magna leticia et exultatio multa nimis cum vita venerit. **S**ed nūquid tante leticie spes erit sine leticia? **S**pe gaudētes ait apostol⁹. **E**t dauid non letaturū. sed letatū se dicit q̄ i domum dñi se speraret iturū. **N**ondū vitaz tenebat. sed spem profecto vite messuerat atq̄ in semetipso experiebat veritate scripture phibentis. quia nō modo remuneratione. sed ipsa quoq̄ expectatio iustorum leticia. **H**anc parit in animo illius qui sibi ad iusticiā seminavit. p̄sumpta indulgentia delictorū. si tamen ipam indulgentiam efficaciam attestat accepte gratie ad viuendum sanctius deinceps. **O**mnis in vobis qui hec sentit tira se actitari. scit qd loquitur spiritus. cuius voc atq̄ operatio minime int se nunq̄ dissentiunt. **P**ropterea ergo intelligit que dicuntur. quoniam que foris audit. intus sentit. **N**am qui in nobis loquitur. operatur in nobis vn⁹ atq̄ idē spūs diuidens singulis put vult. alijs quidem loq̄. alijs aut opari qd